

*Die 26 septembrio (1).*

Qui sarano notadi la coretion di la promission dil doxe futuro, et le parte sonno poste latine, trate di li libri di la canzelaria, et balotate com' è ditto di solo. Le qual sonno poste per tutti cinque savij correctori al gran conseio.

Debitum et officium nostrum est huic excellen-  
tissimo consilio declarare, que, ex iniuncto nobis one-  
re, consueta fide nostra dicemus, examinatis itaque  
capitulis promissionis serenissimi domini ducis prae-  
teriti, nonnulla ex eis consulte corrigenda, refor-  
mandoque in hunc modum. Videlicet instituimus,  
si unquam fuit aliqua bene instituta civitas vel respu-  
blica, ea est, per Dei benicitatem et gratiam, respu-  
blica nostra, que, sicuti necessarium est unicuique  
corpori, habet caput et principem suum, sed tamen  
legibus subiectum, prout sunt cetera membra et  
cives sui. Verum cum frustra sit condere et con-  
stituere leges, nisi pariter provideatur, quod debi-  
tam et omnimodam habeant executionem, vadit  
pars: quod quando in futurum occurret obitus serenissimi principis nostri, eo die quo eligentur quinque  
sapientes super correctionibus promissionis, eligi-  
similiter, immediate debeant tres honorabiles nobili-  
les nostri, eligendi eodem modo et forma, quibus  
eligen- tur sapientes super correctionibus. Eis autem  
commissum sit, per omnes vias et media possilia,  
investigare, inquirere et indagare, in quo capitulo et  
capitulis contrafactum fuerit promissioni sue, per  
serenissimum principem tunc defunctum, et alias  
suos, audiendo querelas eorum, qui conqueri volunt,  
et admittendo scripturas, que presentabuntur, ac  
examinando testes, et omnia ad hoc necessaria fac-  
iendo, et in illis capitulis, que per promissionem  
serenissimi principis commissa sunt consiliarijs,  
advocatoribus et capita consilii X et aliis, sine ali-  
quo consilio.

55 Dicti tres eligendi, similiter sine aliquo consilio,  
habeant facultatem et libertatem ipsa capitula mittere  
executioni; in reliquis vero facere debeant per maio-  
rem partem sententias suas. Quarum appellatio possit  
audiri a nostris advocatoribus communis; nec valeat  
ipsa appellatio, nisi fuerit interposita infra mensem;  
et, si advocationem intromiserint, non possint deduc-  
cere intromissionem nisi ad hoc majus consilium. Quæ-

(1) Le parti che seguono furono confrontate e in alcuni punti correte sugli originali che si trovano nel vol. *Stella*, da pag. 483 a 486.  
(N. B.)

si non fuerit expedita in menses quatuor, sententiae  
nihilominus habere debeat executionem et satisfac-  
tionem suam, dantibus tamen illis, in quorum manu  
pecunie pervenerint, sufficientem fidejussionem de  
restitutione, in casu quo sententiae inciderentur. De  
omni autem eo, quod dicti tres recuperabunt tam  
de capitali quam de pena, habere debeat unum tertium,  
aliud tertium sit accusatoris, qui teneatur de  
credentia, et aliud tertium nostri arsenatus. Non  
possint refutare sub pena ducatorum mille auri, ad  
soldos 124 per ducatum, ultra omnes alias penas  
contentas in parte refutantium; nec possit accipi ali-  
qua excusatio, nisi de persona tantum. Denum pos-  
sint et debeant tres suprascripti inquirere de illis  
advocatoribus et aliis, qui neglexissent, in vita serenissimi  
principis, facere dictam executionem, et ab  
eis exigant penas eis impositas . . . . De parte 41.

Et a l'incontro messe sier Hironimo da cha' da  
Pexaro, sier Marco Antonio Morexini, el cavalier, e  
sier Marco Sanudo, consieri, e sier Polo Dandolo et  
sier Marco Navaier, cai di 40, *videlicet in hunc  
modum*: Quoniam sapientes super correctione pro-  
missionis serenissimi principis, per formam eorum  
electionis, non habent facultatem providendi nisi de  
futuro, prout similiter nunquam habuerunt omnes  
præcessores sui, et sit servanda æqualitas, captum  
sit: quod totus modus et ordo suprascriptus intel-  
ligatur et servari debeat in serenissimum principem  
defunctum, et vocetur post prandium hoc consilium,  
in quo fiat electio trium nobilium, qui corrigere et  
emendari facere habeant et debeant omnes contra-  
factiones sue promissionis, factas a præfata serenitate,  
juxta continentiam partis suprascriptæ. De parte  
1206, de non X, non sinceri 4.

Et nota, parlò sier Marco Antonio Morexini, el  
cavalier, sapientissimamente, cargando molto el prin-  
cipe Barbarigo; e questò fo, perchè sier Polo Capello,  
el cavalier, l'avogador, parloe dicendo si dene-  
grava l'oficio di l'avogaria di comun.

Alias pars :

Provisum fuit equidem sapientissime et conve-  
nientibus ac necessariis de causis, quod serenissimi  
principes nostri, dominæ ducissæ, filii, nepotes, ne-  
potes, generi, nurus et quilibet de familia eorum non  
possent, aliquo modo, accipere aliquod munus, præ-  
sens ac donum, exceptis aliquibus minimis, prout in  
capitibus 42, 43 et 201 continetur; et quia, sub præ-